



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 83. An in conscientia sit obligatio observandi talem ordinem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

uni prius solvere quam alteri, tamen non licere  
ideo aliquid accipere à creditore, cui solvit.

408

*Q. 83. An in conscientia sit obligatio observandi  
talem ordinem.* R<sup>e</sup>. Machad. & Gabr. in 4. dist. 15.  
q. 2. dub. ult. negant, putantes obligare tantum  
pro foro externo, quorum sententiam Serra &  
Diana p. 11: t. 3. R. 13. dicunt probabilem, sed  
tenendum est oppositum cum communissima,  
quam doceat Busenb. Herinx de restit. d. 8. n. 98.  
Petesch: p. 667., quia leges illum statuentes latet  
sunt ex æquitate justitiae, neque nituntur præ-  
sumptione sed jure naturæ, v. g. prior creditor  
acquisivit jus, quo excludat alios, ergo si alter  
fiat illi æqualis in prætensione, fit injuria.

### ARTICULUS III.

*Quæ à restitutione excusent.*

409

” Resp. I. Ex parte debitoris excusant ea, quæ  
” faciunt, ut creditor rationabiliter debeat esse  
” contentus, et si de facto non sit contentus. In  
” commun. Doct. Unde resolvuntur Casus sequentes:  
” I. Excusaris in foro conscientiae (juxta sen-  
” tentiam probabilem) à compensatione damni,  
” si illud datum sit sine tua culpa Theologica gra-  
” vi, hoc est, mortali peccato; nisi aliud cum alte-  
” ro paetus sis, vel inde sis factus ditior: Unde ex-  
” cusaris, si v. g. aliquem occidisti ex subita ira, ut  
” fuerit motus tantum primò primus, vel secun-  
” dò primus; vel si ex oblivione non extinxeris  
” candelam, & hinc ortum sit incendium, &c.  
” Quod si autem advertens periculum in actioni-  
” bus pericolosis, omittas eam diligentiam præ-  
” cavendi, quam homines eiusdem conditionis

com-